

ipsoſ concedimus facultatem, prohibentes districte, ne quis ipſoſ ſuper præmissis libertatibus præſummat aliquatenus moleſtare. Si quis autem hoc attentare præſumſerit, vindictam regiæ Maj:tis ſe nouerit incurſurum. In huius autem rei euidentiam pleniorem, ſigillum noſtrum & reuerendorum in Chriſto patrum Dominorum Vpsalensis et Lincopensis ſigilla præſentibus literis duximus apponenda. Datum Öſtraros Anno Domini M.CC.LXXVI. X. Calend. Junij Anno Regni noſtri primo.

612.

1276 d. 24 Maj.

Upsala.

Kon. MAGNUS I:s gäfvobref på gods i Westby, vid kröningen skänkt till Upsala Domkyrka.

A. 7. a. 1: 11.

Omnibus in christo fidelibus preſentes litteras inspecturis. Magnus dei gracia Rex sweorum. salutem in domino. Quoniam dignum eſt pariter et honestum. vt ſacrosancta mater ecclesia. ab omnibus christi fidelibus, amplius tamen ab hiis qui plus gracie asſequuti ſunt pariter et honoris, in omnibus, honoretur. Hinc eſt quod vniuersitati vſtre tenore preſentis declaramus. Nos ecclesie vpsalensi in die coronacionis noſtre, duas marchas terre in Westby de bonis regalibus, cum omnibus pertinentibus ad easdem conſuliffe perpetuo poſſidendas. & tantundem de patrimonio noſtro pro collatione, premissorum, ad regalia addidisse JN cuius donacionis euidentiam & perpetuam firmitatem. preſentem litteram ſigillo noſtro et ſigillis venerabilium patrum. Dominorum Fulconis vpsalensis archiepiscopi. Henrici lincopensis. Erici ſkarensis. Annundi ſtrengenensis Karoli arusiensis, Kietilli aboensis. Aceri wexionensis eius ſuffraganeorum, qui tunc omnes affuerunt duximus roborandam Datum. Vpsalie anno Domini. M°.CC°.LXXVI. VIII. kal. Junij. Regni vero noſtri anno primo.

Sigillen N:o 1, 2, 5, bortfallne, de öfrige 5, föga ſkadade, äro bibehållne.

613.

1276 d. 26 Maj.

Upsala.

Konung MAGNUS I:s Försäkran om kyrkogodsens frikalleſe från Krono-Utskylder.

A. 7. a. 1: 10.

Omnibus in christo fidelibus preſentes litteras inspecturis. Mágnum dei gracia rex sweuorum, in domino ſalutem, Tenore preſentium notum facimur et protestamur vniuersis, quod intentionis noſtre eſt, & reuerendis patribus dominis fulconi vpsalensi archiepiscopo, ac ipsius ſuffraganeis promisimus bona fide, iura prelatorum et ecclesiarum a iuribus corone diſtinguere cum prium poterimus et habuerimus facultatem, volentes iuxta professionem